

tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit, Deum, sed Patrem: conferenda illis nobilitatis prerogativam hoc iam nomen largiendo. Considera, quantum istiusmodi sit commodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitis sordeamus, etiam si nobis nullus obtraheret, erimus omnibus miseriores. Si vero virtutibus splendere curamus, vel si totus mundus contra nos maledictis voluerit personare, erimus omnium beatissimi, atque ad nos trahemus omnes, qui venire elegerint ad salutem. Omni quidem tuba documenta sunt operum clariora, vitaeque munda, ipsa est luce fulgentior.

**R.** In medio Ecclesiae aperuit os eius, \* Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

*Ex Homil. 16. in Mattheum, post iniri.*

**Lectio ix.**

**N**on veni solvere legem, sed implere. Legem vero non uno tantum, sed altero, & tertio implere modo. Uno quidem, quia nihil ex legitimis ipse transgressus est; alio vero, quia per nos quoque id ipsum facit, quod Paulus significando dicebat: Quoniam finis legis Christus ad justitiam omni credenti. Quod enim illa per litteram non potuit, hoc per fidem ipse conficit. Si vero aliquis diligenter examinet, alium quoque tertium modum implere ab eo legis invenit. Quem vero istum? Ipsa utique praecipita, quae erat datus: non enim interitus priorum, sed augmentum potius, & complementum erant earum, quae dicebantur a Christo. Illius quippe sententiae, qua dicitur: Non occides: non interemptio, sed ad-

impletio magis, atque munio est, dicere, Non irascaris: omniumque similiter ceterorum.

**Te Deum laudamus. 13.**

**In Laudibus fit Comm. Octavae S. Juliani, ut in secundis Vesperis. V. Amavit.**

**Vesperae à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione praecedentis, & Octavae S. Juliani, Aña. Euge. V. Elegit.**

**DIE XXXI. JANUARI.**

**Quarta die infra Octavam S. Juliani. Fit de S. Petro Nolasco Conf. Duplex, ut in Breviario Romano, cum Commem. Octavae V. Amavit.**

**FESTA FEBRUARII.**

**DIE I. FEBRUARII.**

**Quinta die infra Oct. S. Juliani. In Festo S. Caeilii Episcopi & Mart. Duplex.**

**A Capitulo omnia de Communi unius Martyris, xxij. praeter illa, quae hic assignantur propria.**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos per beatum Coecilium Martyrem tuum, atque Pontificem ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius; ut per quem superni muneris rudimenta suscepimus, per eum subsidia perpetuae salutis impetremus. Per Dominum, &c.

**Deinde fit Commemoratio praecedentis, & Octavae Sancti Juliani. V. Elegit.**

**In primo Nocturno. De libro Ecclesiastici.**

**Lectio j. Cap. 51.**

**C**onfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo lin-

guae

guae iniquae, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui à rugientibus, preparatis ad escam, de manibus quaerentium animam meam, & de portis tribulationum quae circumdedérunt me: à pressura flammæ quae circumdedit me, & in medio ignis non sum aestuatus: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua iniusta.

**R.** Iste sanctus pro lege Dei sinceravit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: Fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Fundatus.

**Lectio ij.**

**L**audabit usque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdedérunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiae tuae Domine, & operatio nis tuae, quae à saeculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

**R.** Justus germinabit sicut lilium: Et florabit in aeternum ante Dominum. **V.** Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florabit.

**Lectio iij.**

**I**nvocevi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, & in

tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini. **R.** Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: Et inventus est in numero Sanctorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

**In secundo Nocturno.**

**Lectio iv.**

**Q**uoniam varios, multiplicisque triumphos, quos Evangelica predicatio cumulat, tempus nos dinumerare non patitur, ad illos tota nostri sermonis confugit oratio, quos Hispaniarum Ecclesia reportavit: quae à sanctis Apostolis tot meruit habere Episcopos, quot dies mundus accipit. Verè mater luminum, fons dierum, quae septenario corusco germinis sui toto orbe resplendet. Felix, quae meruit possidere tot virtutum pignora, quot illa arca praecceptorum volumina sacra gestavit.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

**Lectio v.**

**B**eata cui in futura gloria totads tant candelabra, quot hic habuit Evangelij praecones; tot coronae, quot infusae; tot bravia, quot tormenta. Merito proinde venerando illo Sanctorum numero scribens

bens ad Alphónsum, & Sanctium Hispani Reges, & ad ejusdem Regni Episcopos Sanctus Gregorius Séptimus Romanus Pontifex testatur, a sanctis Apostolis ad Hispaniam septem illos Antistites directos fuisse, qui destrúctá idololatríá, Christianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, órinem, & officium in divinis cultibus agendis ostenderunt, & sanguine suo Ecclesiás dedicaverunt.

**R.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine, \* Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

**Lectio vj.**

**E**X his adest nobis hodiè natalis Sancti Coecili, qui cum mirabilem multitudinem Christi fidei sub ugasset, Illyberi glorioso agone quievit. In cujus postea civitatis excisæ locum, Granata successit: quæ Patróni, ac paréntis sui tantæ semper pietate memoriám recóluit; ut etiam sub Maurorum tyrannide templum ejus nómini dicatum, sacris Christianórum celebrándis inviolatum existerit.

**R.** Stola jucunditatis induit eum Dóminus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dóminus pane vite & intelléctus, & aqua sapientiæ salutáris potavit illum. Et coronam. Glória Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium Amen, amen dico vobis, nisi granum, ut in Brev. in Festo S. Ignatii Mart. 1. Februat.

In Laucibus fit Commemoratio Octavæ S. Juliani.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis tantum.

**DIE II. FEBRUARII.**

Sexta die infra Octav. S. Juliani fit de Purificatione B. Mariæ Virginis, Duplex, ut in Breviario Romano, sub Commemor. Octavæ, in secundis autem Vesperis fit Commemor. Octav. (si de ea faciendum est Officium sequenti die) & S. Blasii Episcopi & Martyris.

**DIE III. FEBRUARII.**

Septima die infra Octavam Sancti Juliani.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

In Vigilia SS. Petri & Pauli Apost. tom. 1.

**Lectio iv.**

**T**Ria sunt quæ in hac festivitáte Sancti Juliani vigilanter considerare debémus. Auxilium sancti, exemplum ejus, confusionem nostram: auxilium ejus, quia qui potens in terra, poténtior est in caelis ante faciem Dómini Dei sui. Si enim dum hic viveret, misertus esset peccatóribus, & orávit pro eis; nunc tantó amplius, quanto veritas agnoscit misérias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa pátria charitatem ejus non immutávit. Neque enim quia impassibilis omnino, ideo & impassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordie, cum ante fontem misericordie existit.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

**Lectio v.**

**D**Ebémus etiam attendere exemplum ejus: quia quamdiu in terris visus est, & cum hominibus con-

con-

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

**Lectio vij.** Cap. 6.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra ubi erigro, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. Et reliqua. Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

In cap. 3. Matthei, Homilia 12. t. 2. paulo ante finem.

**Q**uia in caelo est domus nostra, ibi etiam omnia recondamus, nihil hic penitus relinquentes, ne illud perdamus. Hic siquidem etsi ostis thesauros tuos, etsi clavibus serisque communias, si opponas famulorum mille custodias, etsi superiores omnes insidias malignórum, etsi oculos effugas invidientium, etsi nulla per teneas damna patiáris, etiámsi nullum omnino rebus inferat detrimentum ventustas (quod utique inter impossibilia numerandum est) mortem tamen nunquam valebis effugere; sed uno tibi momento temporis omnia illa rapiéntur: nec rapiéntur modo, sed in manus etiam inimicórum plerumque tradéntur.

**R.** Amavit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. **V.** Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

**Lectio viij.**

**S**I verò in supernam illam domum opes tuas transférás, omnia proculdubio ista superabis. Non enim ostium, non seras, & claves superpóni erit necesse: tanta est potentia illius civitatis, tam indepoliabilis regio, & quæ omnino invia corruptióni malitiæque permaneat. Nonne igitur extrémæ recordiæ est, hic quidem, ubi repó-

Lxx

si-

conversatus est, non declinavit ad dexteram, neque ad sinistram; sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Intuemini humilitatem operum ejus, auctoritatem verborum ejus: & tunc videbitis quomodo tam verbo quam exemplo luxerit inter homines, qualia nobis vestigia dereliquerit, ut ambulemus per ea, & non erremus in eis. Verè juxta Prophétam semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.

**R.** Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

**Lectio vij.**

**S**ed & diligentiori intuitu confusionem nostram inspiciamus: quia homo ille similis nobis fuit, passibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est quod non solum difficile, sed & impossibile credimus, ut faciamus opera quæ fecit, ut sequamur vestigia ejus? Confundamur, fratres, & contremiscamus ad vocem istam, si fortè hæc confusio adducat nobis glóriam: si fortè generet gratiam nobis timor iste. Sic ergo in Sancti Juliani festivitáte & gaudere & confundi debémus: gaudere, quia patrónum præmissimus confundi, quia eum imitari non possumus.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnia terra doctrinâ ejus repléta est: \* Ipse intercedat pro peccatis ómnium populórum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

Pars Hyemalis.

sita corrumpuntur ac pereunt, omnia congregare; eò loci autem, ubi & intacta permanent, que etiam augmentur, non vel minimum quiddam reponeere, & hoc cum ibi simus sine fine victuri?

**R.** Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: **\* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos.**

**Lectio nona de S. Blasio ut in Brevario.**

**In Laudibus fit Commemoratio S. Blasii, Antiphona.** Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **\* Justus, ut palma florébit. R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Blasii Martyris tui atque Pontificis annuâ solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudemus. Per Dominum nostrum, &c.

**DIE IV. FEBRUARI.**

**In Octava S. Juliani. Duplex.**

**Omnia sicut in die, 52. præter ea, quæ hic habentur.**

**In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.**

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Sermone 2. de S. Victore, tom. 2.

**Lectio iv.**

**G**audete in Domino, dilectissimi, qui inter continua sue pietatis beneficia indulsit mundo beatum Julianum, cujus multi salvarentur exemplo. Iterum dico, gaudete, quod factus de medio, appropriavit Deo, ut multo plures ejus intercessione salventur. Habet

ex hominibus cui hominum peccata donet misericors & miserator Dominus: habet tempus & locum intercedendi pius & misericors advocatus: in terris visus est, ut esset exemplo: in cœlum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic invitat ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, torum in nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **\* Manus enim mea auxiliabitur ei. V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

**Lectio v.**

**H**æc dies gloriose migrationis ejus, dies lætitiæ cordis ejus, exultemus, & lætémur in ea. Introivit in potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie posito corpore, quo solo præpediri ab introitu gloriæ videbatur, tantò alacrior, quanto expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloriâ Sanctorum. Hodie de novissimo & humili loco, quem sibi ex consilio Salvatoris elegerat, ipso summo Patrefamilias evocante, verus amicus ascendit superius, & est illi gloriâ coram simul discumbentibus. Ascendit autem cum immensa supellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriôsus.

**R.** Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **\* Manus enim mea auxiliabitur ei. V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

**Lectio vi.**

**A**nima ejus in bonis memorabitur. Queris ubi? cum Abraham

ham, Isaac, & Jacob in regno corlorum. Ita cum talibus, & tali in loco sibi sedet. Sedet excelsis & fulgida: sedet lætândia, & laudabilibus: sedet delicata, & ornata modis suis: sedet sapata malis, fulteta floribus. Sedet gloriôsus Pontifex, debita jam suavitate & securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. Non enim cum putredine carnis simul se exiit viscerum pietatis, nec sibi sic induit stolam gloriæ, ut nostræ pariter miseriæ, suaque ipsius misericordiæ oblivionem indueret.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replata est: **\* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

**Lectio vij. Cap. 6**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt; & furantur. Et reliqua. Homilia Sancti Ambrosii Episcopi. Ex cap. 14. de Nabushe Jersabellita, tom. 4.

**C**ustos est tuarum, non dominus, facultatum, qui aurum terra infodis, minister utique ejus, non arbiter. Sed ubi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ergo in illo auro cor tuum infodisti terræ. Vende potius aurum, & eme saltem: vende lapidem, & eme regnum Dei: vende agrum, & eme tibi vitam æternam. Considera, quia ista tibi potest mors eripere, potestas superioris tollere. Deinde, quia poteris parva pro magnis, caduca

pro æternis, thesauros pecunie pro thesauris gratiæ vendere. Isti corrumpuntur, illi permanent. Considera, quia hos solus non possides: possidet tecum tinea, possidet ærugo que consumit pecuniam. Hos tibi consors avaritiæ dedit.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, **\* Et ad portas paradisi coronavit eum. V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

**Lectio viij.**

**V**ide autem quos tibi det gratia debitorum. Splendunt in pauperibus benedictæ labia justorum, & testimonium bonitatis illius fidele. Facit tibi Patrem debitorem Deum, qui pro munere, quo pauper adjutus est, sœnus exolvit, quasi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem Filium Dei, qui ait: Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operulistis me. Quod enim unicuique minimorum collatum fuerit, sibi dicit esse collatum. Nescis, o homo, stridere divitiarum. Si vis dives esse, esto pauper sæculo, ut sis dives Deo. Dives fidei, dives est Deus qui dives est in misericordia, hic est dives Deo.

**R.** Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris:

**\* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.**

**Lectio ix.**

**S**unt qui in paupertate abundant, & qui in divitiis egent: abundant pauperes, quorum profunda paupertus abundavit in divitiis simplicitaris suæ: divites autem egent & esuriunt. Neque enim

otiose scriptum est: Divitum pauperes praepositi erunt, & proprii servi dominis fenerabunt: quia divites & domini supervacua & mala seminant; ex quibus non fructum colligant, sed spinas metant. Ideo pauperibus divites erunt subditi, & servi dominis spiritalia fenerabunt: quemadmodum dives rogabat, ut sibi stillam aquae pauper Lazarus feneraret. Potes & tu, divites, istam implere sententiam: ut largiaris pauperi. Qui enim largitur pauperi, Domino fenerat.

Te Deum laudamus. 13.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de S. Agatha Virgine & Martyre, ut in Brevariario, cum Commemoratio praecedat.

Si dies Octavae S. Juliani venerit in Dominica Septuagesimae, fit Officium de Dominica, hoc modis Vesperae in Sabbato praecedenti dicuntur de Feria; ut in Psalterio, scilicet Antiphona Benedictus. Psalmi Sabbati: & à Capitulo fit de Dominica, cum Commemoratione diei Octavae, ut in primis Vesperis Festi. Ant. Sacérdos & Pontifex. V. Amávit eum. Oratio. Excita sine Suffragiis consuetis & Precibus, propter Octavam.

Sequenti die fit de Dominica praedicta, cum Commemor. Octavae in Laudibus, & secundis Vesperis, & non dicuntur Suffragia nec Preces ad Primam & Completorium.

Si dies Octavae venerit in Feria quarta Cinerum, nihil fit de Octava, neque in primis Vesperis ejusdem diei Octavae; sed Feria tertia dicuntur Vesperae de Feria, sine Commemoratione Octavae, cum de ea nihil fieri debeat die sequenti, quare cessabit omnino in Nona septimae diei infra Octavam. Ex Rubricis Octavarum Romani.

### DIE VI. FEBRUARII.

Fit de S. Agnete Virg. & Martyre. Dupl. ut in Brev. Rom. die 21. Januarii cum ix. Lect. & Commemor. S. Dorotheae Virg. & Martyris. (V. Spécie tua.) in Laudibus.

### DIE IX. FEBRUARII.

Fit de S. Francisco Salesio Episcopo. & Conf. Dupl. ut in Brev. Rom. die 29. Januarii, cum ix. Lect. & Commemor. S. Appolloniae Virg. & Mart. in Laud.

### DIE XI. FEBRUARII.

Fit de S. Andrea Corsino Episc. & Conf. Dupl. ut in Breviar. Roman. die 4. hujus.

### DIE XII. FEBRUARII.

In Festo Sanctae Eulaliae Barcinonensis Virg. & Martyris Duplex.

Omnia de Communi Virginum & Martyrum. lxxxiv. praeter ea, quae sequuntur.

Oratio. *iv. o. d. l.*

**D**eus, qui nos martyrii beatae Eulaliae Virginis & Martyris tuae solemnitate letificas: concede propitius; ut gloriosissimis ejusdem meritis, & terrena nobis proficiant, & caelestia desiderata proveniant. Per Dominum, &c.

Si occurrat in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae.

Lectiones primi Nocturni in Quadragesima de Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios. De virginibus, ut in Comm. lxxxvii.

Extra Quadragesimam de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**E**ulalia, Virgo Barcinonensis, non nobilibus parentibus nata, & in Christi fide ac religione educata, cum decimum quartum suae aetatis

Lectio v.

annum attingeret, & in eadem tenera aetate desiderio martyrii flagraret, divinitus inspirata, se ipsam sponte Praesidi Daciáno, Barcinone persecutionem adversus Christianos exercenti, ad martyrium offerre decrevit. Cúmque ruri tribus fere milliáribus procul à Barcinonensi urbe maneret, inde, paréntibus atque domésticis id ignorántibus, clam recedens, Barcinonem pervénit. Ubi praetorianam domum ingrédiens, Praesidem pro tribunáli sedéntem adit, & stans coram eo, sic altá voce elocúta: Ut quid, Daciáne, audes Christianórum sanguinem injuste fundere, & eosdem ad falsos venerádos deos cógere? Unus est solus verus Deus, omnipotens, ómnium Créator, & Dóminus, quem Imperátóres Diocletianus & Maximianus, & tu, & omnes hómines venerári obligántur. Quómódó ergo, homo cúm sis, non times Deum unum, omnipotentem offéndere? Aut cur Christianos pervertere niteris, ut Deum verum deserant, & falsa dáemonum simulacra, ópera mánuum hóminum fabricata, colant? Ad quam Daciánus, rei novitate turbátus, dixit: Quáenam es tu, quae contra Imperatóriam majestátem, & ministrórum suórum débitam reveréntiam ausa es talia públicè proférre verba? Cui Virgo: Ego sum Eulália, ancilla Jesu Christi, qui & Dei Patris, & Mariae Virginis Matris est Filius, qui solus est Rex regum, & Dóminus dominantium; & cui divinus iure debet exhibéri honor & cultus, non autem idólis.

**R.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua, & pulchritudine tuá inténde, prosperé procede, & regna. Et deducet.

**H**ae gloriósa fidei confessióne, quasi spléndenti luce excaecáti tyránnus, tum ódio in Christiános commótus, tum irá contra Virginem concitáti, eam illicó alligári, in custódiám dedúci, ibidemque crudéiter verberári imperat. Quod tormentum cum constanti ánimo, & læto vultu tenera Virgo multis id videntibus, atque mirantibus sustinens, ferina rabie contra ancillam Christi magis concitatus Daciánus, omni tormentórum género Euláliam Christianam debere excruciarí decernit. Igitur primúm Eulália in equóne posita feróriter dilaceratur. Mox unguis ferreis tota excarnificatur: facibus, flammisque ardentibus ad ejus virgineale pectus, lateráque admótos exurit. Oleum super ejus exístum plagatómque corpus infunditur: quo totum peruncum, supra vivam calcem exténditur, ac volutatur, ut ardóre calcis interióra Virginis visceris acerbíssime torqueretur. Liquatam ac fervens plumbum supra virgineum corpus effunditur, ac totum ipsum corpus acris testacis fragmentis conficitur. Ne autem sensus aliquis próprio careret dolore, per ejus narces acétum cum atrita sinápi permixtum immititur: & candéls denique accénsis castissimí Virgineis oculi aduruntur. Quare nihil non tentat, nihil non facit ingeniósa, seaque tyráni malitia, ut à vero cultu Dei cultricem abduceret. Ceterúm quo magis crescit tormentis savitia, eó magis augetur in sponsa Christi constantia, fortitúdo, & grátia. Etenim Eulália in cruciatibus Deum orat, eidemque læta grátias agit: dumque tortóres in inferéndis tormentis fatigántur, ipsa nec tristitia affécta, nec molestia fracta,

omnia non solum æquo, verum etiam alacri animo perlerat.

**R.** Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.  
**V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

**Lectio vj.**

**N**ihil jam se posse vi tormentorum contra Eulaliam sperabat Daciānus. Ad infamiam ergo, & ignominiam callide suum veritē obstinatum animum, ut experiatur si hoc modo valeat triumphare. Igitur castam, & verecundam Virginem, nudam corpore, existam, dilaceratam, oleo, calce, & cruore sanguinis conspersam, ac deformatam, per vicus & plateas civitatis publice coram omnium oculis circumferri jubet. O acerbum crudelēque spectaculum! Sed qui animalia terræ, & volatilia cœli vestit Deus, sponsam suam Eulaliā mirabilibus ornavit indumentis. Nix enim illic de cœlo cecidit, que sacræ Virginis corpus mirandum in modum contexit: quæque cœlitus suo contempto frigore virgini esset refrigeratio, & suo splendenti candore eidem simul esset ornamento. Quam sponsa Christi candida, & rubicunda per loca publica gloriosa incedens, verè de tyranno triumphans, omnibus visa fuit admirabilis, & speciosa! Fremebat Daciānus infractum videns animum Virginis, & jam quasi de victoriā desperans eam cruci affigi imperat. Verum in cruce pendens Eulalia cœlesti recreatur gaudio: quod se cruci affixam, Christoque simillimam videt. Neque ibidem omnium admiratione Deum glorificare cessat. Denique jubente Præside, pridie Idus Februarii securi percutitur, & geminata martyrii atque virginittatis coronâ, nobile certamen exigit. Cujus anima adinstar columbæ e

corpore egrēdiens, cœlum à multis visa est conscendere. Corpus verò à Christianis honorificè extra Barcinonensis urbis mœnia sepelitur.

**R.** Afferentur Regi virgines post eam, proxime ejus \* Afferentur tibi lætitiæ & exultatione. **V.** Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, de Communi Virginum, xciiij.

In Quadragesima nona Lectio & Commemoratio Feriæ in Laudibus.

#### DIE XIII. FEBRUARII.

Fit de S. Marcello P. & M. Semid. ut in Brev. Rom. die 16. Januarii. Vesper. à cap. seq. Com. præced. & S. Valentini Martyris.

#### DIE XIV. FEBRUARII.

Fit de S. Raymundo de Peñafort Conf. Semid. ut in Brev. Roman. die 23. Januarii. cum Commemor. S. Valentini in Laudibus. Vesperæ à cap. seq. com. præc. & SS. Faustini. &c. Mm.

#### DIE XV. FEBRUARII.

Fit de S. Polycarpo Episc. & Mart. Semid. ut in Brev. Roman. die 26. Januarii. cum ix. Lect. & Commem. SS. Faustini & Jovite Mm. Vesperæ à cap. seq. Com. præced.

#### DIE XVI. FEBRUARII.

Fit de S. Martina Virg. & Mart. Semid. ut in Brev. Rom. die 30. Januarii. Vesperæ à cap. sequent. commem. præced.

#### DIE XVII. FEBRUARII.

Fit de S. Ignatio Ep. & Mart. Semid. ut in Breviar. Roman. die 1. hujus.

### FESTA MARTII.

DIE I. MARTII.

In Festo S. Rudesindi Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. præter sequentia.

Pontificis, lix. præter sequentia.

Oratio.

**P**roptitiare, quæsumus Dómine, nobis famulis tuis per sancti Confessoris tui atque Pontificis Rudesindi mérita gloriosa: ut ejus piâ intercessiōne ab omnibus semper protegāmur adversis. Per Dóminum.

In primo Nocturno, in Civitate & Diocesi Mindoniensi, Lectiones de Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Fidélis sermo, de Communi Confessoris Pontif. lix.

Extra Mindoniens. si celebratur in Quadragesima, eadem Lectiones. Si ante Quadragesimam de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**R**udesindus natione Gallæus, paréntibus régii generis Guterrio & Ilduara, qualis esset futurus, ejus conceptio satis ostendit. Multis enim ac largis in pauperes elemosynis, orationibus, & lacrymis cum vacaret Ilduara, ab Angelo præmonita est, se concepturam filium, qui & apud Deum magni futurus esset mériti, & apud homines præcipuo sanctitatis nómine. Pridie igitur solemnitate Sanctorum Martyrum Facundi, & Primitivi Rudesindum peperit; qui dies propterea semper illis sacer, ac festivus, quamdiu vixerunt, fuit. Construxit præterea Ilduara in honorem Archangeli Michaëlis ecclesiam eo loco, ubi ab Angelo certior facta est se concepturam.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus

**R.** Omen Cœnobio Cellanóva, quod religione, & augustâ structurâ etiam hodiè amplissimum est. In quo Monasticam sub beati Benedicti régula vitam annos aliquot agens, migravit ad Dóminum Kalendis Martii, editis multis in vita & post obitum miraculis. Ejus corpus usque ad hodiernum diem in eodem Cœnobio quiescit, ac magnâ præcipue Gallaicorum, & Lusitanorum frequentia semper invisitur. Claruit Sanctus Rudesindus anno Dómini

iniquitatis non nocébit ei. Manus.

Lectio v.

**R**udesindus itaque ab ipsa pueritia Dómini legem meditans, brevi ætatem in virum Apostólicum crevit. Quapropter ab Ecclesiæ Mindoniensis clero, magno omnium consensu Episcopus eligitur, Rege, atque Procéribus mirè gaudentibus: nota enim illis erat Rudesindi sanctitas & eruditio. Præsul ergo Mindoniensis factus, multis virtutibus claruit. Splendueré certè in Rudesindo præter cæteras dotes profuse in pauperes elemosynæ, ecclesiarum, aut jam dirutarum, aut ruinam minantium instauratio, aut novarum constructio, atque Evangelicæ doctrinæ frequentissima predicatio. Assumptus deinde, urgente Rege, ac pópulo, ad regendum Iriensem Episcopatum, ubi tunc Apostoli Jacobi corpus conditum erat, majore in dies fructu Christiano pópulo præerat. Denique insigne Monachorum Cœnobium in propriis condidit prædiis, que illi amplissima, & opulentissima paréntum testamento contigerant.

**R.** Pósi adiutorium super potentem, & exaltávit electum de plebe mea: Manus enim me auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

**R.** Omen Cœnobio Cellanóva, quod religione, & augustâ structurâ etiam hodiè amplissimum est. In quo Monasticam sub beati Benedicti régula vitam annos aliquot agens, migravit ad Dóminum Kalendis Martii, editis multis in vita & post obitum miraculis. Ejus corpus usque ad hodiernum diem in eodem Cœnobio quiescit, ac magnâ præcipue Gallaicorum, & Lusitanorum frequentia semper invisitur. Claruit Sanctus Rudesindus anno Dómini

non-

non-

non-

non-

non-

non-

Luz 4